litterae apostolicae, seu verius transumptum earundem, datae Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominici millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Idibus Octobris, continentes in se dispensationem super retentione canonicatum et praebendarum Cracoviensis et Varmiensis praeposituralisque seu parochialis ecclesiae in Xiąż dictae Cracoviensis dioecesis, nec non remissionem fructuum perceptorum, alias prout in ipsis litteris apostolicis continetur, simulque, ut ad executionem earundem procedere dignaremur, humiliter nobis supplicatum.

Nos igitur praescriptis litteris apostolicis debita cum reverentia susceptis, committimus perillustribus et admodum reverendis dominis Casimiro Ruszkowski primicerio et Vladislao Komecki canonico Cracoviensi et unicuique illorum in solidum, ut ante omnia reproducto coram se ipso originali litterarum apostolicarum huiusmodi ac constito, quod preces veritate nitantur dictusque perillustris et admodum reverendus dominus Michael Szembek idoneus et habilis sit et quod ipsi nullum canonicum obstet impedimentum, aliaque ad id necessaria eidem suffragentur super quo conscientias cuiuslibet vestrum oneramus, tunc cum eodem, quatenus canonicatus Cracoviensis et Varmiensis cum praebendis ad vitam in titulum, parochialem vero ecclesiam praescriptam in Xiąż in administrationem ad quinquennium tantum retinere libere et licite valeat, attenta dictorum canonicatum et praebendarum Cracoviensis et Varmiensis praefataeque ecclesiae parochialis in Xiąż fructuum tenuitate, possit et valeat retinere libere et licite, auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa dispenset.

Non obstantibus iis omnibus, quae voluit Sanctissimus Dominus noster non ob stare, proviso tamen, quod interim ecclesiae huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in praefata parochiali ecclesia nullatenus negligatur, sed dictus Michael quamdiu canonicatus et praebendas ac parochialem ecclesiam huiusmodi insimul obtinuerit, apud dictam parochialem ecclesiam residere eiusque ac etiam finito dicto quinquennio dictorum canonicatum et praebendarum congrue supportare teneatur onera consueta.

Pro illis vero diebus et locis, quibus dictus Michael canonicatibus etiam, finito dicto quinquennio, non inserviverit, emolumenta ratione personalis residentiae lucri fieri solita amittat, et quo ad retentionem parochialis ecclesiae in Xiąż non ultra quinquennium, quodque statim, finito dicto quinquennio, praefatus Michael huiusmodi [18r] dicti parochialem ecclesiam in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis libere cum specifica mentione voluntatis Sedis Apostolicae, nec alias dimittere omnino teneatur, alioquin tam illa quam canonicatus et praebendae praedictae vacent eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam tantum disponi possit, alias prout latius in litteris apostolicis expressum continetur, iuxta quarum tenorem et limites ac formam in Dei Nomine eundem perillustrum et admodum reverendum Michaellem

Szembek dispensamus. In quorum fidem; datum Varsaviae in palatio nostro apostolico die 8.º mensis Octobris 1696.

I[oannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus  
Caietanus De Ovis auditor generalis  
Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilla

**N. 234**

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

*Varsaviae 9 X 1696*

*Docet de nuntio propero die 15 mensis superioris misso.*

*Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 607r.*

Eminentissimo etc.,

A proposizione del gradimento mostratomi da V.E. nel benignissimo suo dispaccio de' 15. caduto cresce la confusione, che provo in vedere le mie insufficienze tanto inferiori alla molteplicità delle sue grazie. Supplico perciò l'E.V. a non ascrivere a difetto di umilissima riconoscenza se nell'aggiunta replica, et in quello di piu mi viene somministrato dale correnti emergenze, non hò bastanti espressioni per dichiararle l'ossequiosa obbedienza, con che all'E.V. profondissimamente m'inchino.

Di V.E.

<sup>a-</sup>Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe<sup>-a</sup>

<sup>a-a</sup> *autographum*

**N. 235**

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

*Varsaviae 9 X 1696*

*Docet Raphaelem Leszczyński palatinum Lenciciensem operam dedisse, ut Kozanowski, consanguineus eius, abbas Premetensis crearetur, abbas autem Paradisiensis Paulus Sapieha fieret. Raphaelem Leszczyński a conventiculis Poloniae Maioris adiutum esse.*

*Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 610r-611r.*

Eminentissimo etc.,

Hò già avuto l'onore di proporre a V.E. come un mio pensiero la speranza che havevo che contentato il palatino di Lancizia<sup>1</sup> con la grazia che domanda per il Kosanowski suo congiunto di veder confermata la nomina regia non ostante l'opposizione del Konski<sup>2</sup> preveduto dalla Santa Sede dell'abbazia Premetense, e consolato l'abate Sapieha<sup>3</sup> con la provisione dell'abbazia detta di Paradiso, non si parlerebbe più per ora della pretensione del giuspatronato. Adesso però mi vedo costituito in obbligo di rappresentar il medesimo a V.E. non più come una ma congettura, ma come una dichiarazione fattami dallo stesso palatino di Lancizia, il quale dimenticatosi d'havermi voluto far uscire dal Regno i primi [610v] giorni del mio arrivo a Varsavia, ha voluto ultimamente rendermi visita con tutte quelle dimostrazioni di stima, e d'affezione che sono proprie del suo gran talento. Haveva egli procurato di far risolvere nelle dietine della Polonia maggiore la mia mozione qualunque volta non havessi la facoltà di terminare colla Repubblica la pendenza del giuspatronato, ma capitato in Varsavia ben lontano dal porre in esecuzione simil disegno, si è contentato chiedermi per grazia ch'io raccomandi il suo parente alla clemenza di N.S. offrendomi dal suo canto per il servizio della Santa Sede in questo particolare quanto dipende dalla sua carica, e dal[611r] la sua autorità, che hà grandissima nella Polonia maggiore. Ho giudicato mio debito recar questa notizia all'E. V., accioche si degni onorarmi degli ordini, che stimarà più opportuni in tal emergente; et alla medesima per fine etc.

Di V.E.

<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

G[iovanni] A[ntonio] Arcivescovo di Tebe<sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *autographum*

## N. 236

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

*Varsaviae 9 X 1696*

*Docet publice pronuntiatum esse „Piaſtos” vetitos esse, quominus thronum Polonicum peterent, principes Alexandrum et Constantinum Polonia excessisse. Docet exercitum Russicum prope Ociacoviam ad arma venisse.*

<sup>1</sup> Raphael Leszczyński.

<sup>2</sup> Kački, abbas Premetensis ab ecclesia nominatus.

<sup>3</sup> Paulus Sapieha abbas Paradisiensis.

*Or.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 612r.*

È finalmente stata pubblicata la scritta confederazione generale in cui viene determinato il giorno decimoquinto di maggio prossimo avvenire per l'elezione del nuovo re, e restano esclusi i nazionali dall'assunzione in questo trono. I senatori, e deputati dell'ordine equestre si sono per la maggior parte assentati da qualora città qualli per restituirsi alle loro residenze, e questi per riferire nelle diete particolari de palatinati il risultanto della convocazione. Intrapresero venerdì prossimo questi Sig.i principi Alessandro e Costantino<sup>1</sup> il loro viaggio per acqua alla volta di Bruselles. E perche intendono di viaggiare incogniti l'uno ha preso il nome di marchese di Lulchierr, e l'altro quello di canonico di Jeroslavia. La Maestà della regina vedova resta tuttavia nello scritto luogo de' Billani<sup>2</sup>, ma fra due o tre giorni al piu ritornerà alla sua solita residenza del castello, giache cessano in gran parte le opposizioni fatte per il passato dalla nobiltà poco ben affetta alla Santità Sua. Di Prussia si è inteso che l'armata di Moscovia dopo aver finto di ritirarsi a casa siasi portata sotto Oczinkou<sup>3</sup> alle bocche del Boristene<sup>4</sup>, e n'abbia formato l'assedio per escludere con l'acquisto di quella piazza qualunque comunicare per terra fra Turchi e Tartari.

N. 237

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

*Varsaviae 9 X 1696*

*Docet Mariam Casimiram reginam pactionem a Sapiehis cum confoederatis factam aegre ferre. Commemorat pactionem primatis Radziejowski cum Sapiehis in comitiis convocativis factam.*

*Reg.: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 83r-83v.*

Di Varsavia da Mons.e Nun.o 9 Ott.re 1696.

Deciframento al primo di novembre.

Il cancelliere di Monsig. vescovo di Vilna<sup>1</sup> mi ha avvertito, non essere la Maestà della regina contenta della concordia trattata con i Signori Sapìa,

<sup>1</sup> Alexander et Constantinus Sobiescii.

<sup>2</sup> Bielany prope Varsaviam.

<sup>3</sup> Ociacovia (Oczaków).

<sup>4</sup> Borysthenes (Dniepr, Dnepr) flumen.

<sup>1</sup> Constantinus Szaniawski.

perche volendo fare una rivoluzione dell'armata in Lituania contro i medesimi, pretendeva facilitarla sotto lo specioso pretesto della pietà. Con tal occasione mi hà pur'anche accennato, che il Sig.r cardinal Radzieiowski alienatosi nella passata convocazione da gli stessi Sapìa supposeva ancora esso potergli travagliare con l'assistenza di cotesta corte; onde ricontrando tanti contrasti à questa pace sospirata da nostro Sig. hò giudicato mio debito recar di tutto una riverente notizia à V. Eminenza, supplicandola ad ascrivere all'apprensione di vedere [83v] maggiormente travagliato questo afflittissimo Regno in zelo, con che oso sollecitare con l'assenso di Monsig. vescovo di Vilna<sup>2</sup> la ratificazione del trattato, le cui parti potranno poi con maggior agio adempire ultimamente, qualunque volta si ponga in sicuro la buona corrispondenza degli ecclesiastici, e secolari.

### N. 238

*Ioannes Antonius Davia ad Simonem Klarowski*

[Varsaviae 9 X 1696]

*Dispensatio ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Strusoclesianae Simoni Klarowski concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Die nona similis [Octobris], ad diaconatum et presbyteratum concessa reverendo Simoni Klarowski, ob necessitatem ecclesiae parochialis in Strusoklesy<sup>1</sup>.

### N. 239

*Ioannes Antonius Davia ad Seryto et Zawiszanka*

[Varsaviae 9 X 1696]

*Dispensatio ad nuptias futuras publice renuntiandas.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

---

<sup>2</sup> Constantinus C. Brzostowski.

<sup>1</sup> Strusoklesy.

Dispensatio super bannis. Die nona [Octobris] dispensatio super bannis concessa generosissimis dominis [Seryto] vexillifero Polocensi et Zawiszanka comitissae in Tarnow<sup>1</sup>, expedita in forma, ut retroversis 3. tribus foliis.

N. 240

*Ioannes Antonius Davia ad cardinalem Barberini*

*Varsaviae 10 X 1696*

*Docet de pactione, quam ut Sapiehae cum Constantino C. Brzostowski faciant, operam dat. Quae pactio primo Sedi Apostolicae non placuit.*

*Or.: BAV, Barb. Lat. 6664 f. 133r-134r.*

E.mo e R.mo Sig.re Pron Col.mo

Affidato dalla generosità con la quale V.E. s'è degnata altre volte parmi sperare l'alto suo patrocinio, ne imploro presentemente gli effetti per vedere condott'a fine dall' autorità di V.E. La concordia da me progettata, e posso dire conclusa quando vi sia la ratificazione pontificia, tra Monsig. vescovo di Vilna, e l' Sig. gran generale di Lituania. Dal dissidio di questi due personaggi ne son derivati sconcerti così grandi per la Chiesa, e per il Regno, di qui V.E. istituita sotto gli auspicii della Santa Sede, che havrei creduto non sol opportuno, ma necessario il terminarlo a qualsivoglia prezzo; e Monsig. vescovo istesso riconoscendosi sprovisto dell' assistenza [133v] regia piu non ricercava che qualche alleviamento alle proprie miserie. Tuttavia essendo riuscito di procurar sollievo per l' avvenire al prelato, qualche rimborso per il presente, e quel ch'è piu il mantenimento del suo grado, e della Sua Autorità spir.le mi lusingarei d' haver molto ottenuto, se non m' accorgersi che i mal intenzionati verso la publica quiete di questo regno vedono di mal occhio ma tal concordia fra gli ordini ecclesiastico, e secolare.

Imploro perciò l' autorevol' interposizione di V.E. per far accettar a cotesto Monsig. vescovo di Vilna le proposizioni offerte dalla casa Sapieha, e per ottener alle mie deboli premure il gradimento di N.S. al favore di cui mi sia lecito di terminar una pendenza, dalla quale sono nate le punti [134r] confusioni della Polonia. Siccome sono certo che l' E. V. si conciliarà merito infinito appresso Dio benedetto con un opera sì santa, così anche godo poterla

---

<sup>1</sup> Tarnovia (Tarnów).

assicurare non dover esser minore la gloria, che ridondera da tutta la Polonia, anzi del Cristianesimo tutto alla virtù di V.E., a cui per fine etc.

Di V.E.

<sup>a</sup>-Umil. Div.mo et Obl.mo Servitore  
Giovanni Antonio Arciv. Di Tebe<sup>-a</sup>

<sup>a-a</sup> *autographum*

## N. 241

*Ioannes Antonius Davia ad cardinalem Radziejowski*

[Varsaviae] 10 X 1696

*Potestatem dat cardinali, ut ad ordines sacros suscipiendos admittat virum, qui 120 florenos mutuos sumptos non solvit.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Die 10. [Octobris] commissio directa eminentissimo et reverendissimo Michaeli Sacrae Romanae Ecclesiae cardinali Radzieiowski archiepiscopo Gnesnensi primati primogenito principi Regni Poloniae seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali ad dispensandum cum reverendo Andrea Zawacki parochus in Sławno<sup>1</sup>, archidioecesis Gnesnensis super irregularitate ex eo incursa, quod ipse ob non solutionem 120. florenorum reverendo Jozefowicz et aliis presbyteris respective debitorum, in iudicio correptorio Opoczneni<sup>2</sup> excommunicatus fuit; quia vero huiusmodi summam non poterat solvere, existens parochus, in obsequium parochianorum aliquoties Divinis se immiscuit non obtentia absoluteione, propter quod in eodem consistorio pro irregulari declaratus. Ad nos [propterea]

---

<sup>1</sup> Sławno in dioecesi Gnesnensi.

<sup>2</sup> Opocinum (Opoczno).

## N. 242

***Benedictus Sapieha aerarii praefectus Lithuanus  
ad Innocentium XII pontificem maximum***

Varsaviae 11 X 1696

*Tractat de Casimiro Sapieha, fratre suo, a Constantino C. Brzostowski  
epo Vilnensi excommunicato.*

*Cop.: ASV, Segr. Stato, Polonia 116 f. 641r, 643r.*

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Quia devotus orator sanctitatis vestrae comes Casimirus Sapieha palatinus Vilnensis generalissimus exercituum Ducatus Lituaniae, frater meus germanus, non minus nulliter quam iniuste declaratus fuit per reverendissimum dominum episcopum Vilnensem incidisse in excommunicationem bullae *Coenae Domini* pro praeteritis damnis acsi per milites in bonis episcopatus Vilnensis locatos factis, super quibus mediante auctoritate illustrissimi et reverendissimi domini nuntii Sanctitatis Vestrae apostolici in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lituaniae [643r] commorantis complanatum est; hinc licet a principio et modo non credat se irretitum dicta excommunicatione, imo credidit semper fuisse secum nulliter processum, ex teneritudine tamen conscientiae suae, uti miles continuo contra hostes Christianitatis bella Domini proelians et erga S[anctam] R[omanam] E[cclesiam] constanter devotus, supplicat Sanctitati Vestrae quatenus Sanctitas Vestra ad cautelam dignetur ipsum absolvere, eidemque benedictionem apostolicam impertiri velit, pro qua et ego ipsius nomine uti mandatarius, de quo mandato constat, illustrissimo domino nuntio Sanctitatis Vestrae humiliter supplico. Interim Deus Sanctitatem Vestram conservet. Datum Varsaviae anno 1696 die 11 8bris.

Sanctitatis Vestrae

oboedientissimus et obsequentissimus servus

Benedictus comes Sapieha supremus Magni Ducatus Lituaniae thesaurarius

## N. 243

***Ioannes Antonius Davia ad Iosephum Chęciński***

[Varsaviae 11 X 1696]

*Dispensatio ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae  
Tuligloviensis Iosepho Chęciński concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Die 11. [Octobris] dispensatio extra tempora ad diaconatum et presbyteratum concessa reverendo Iosepho Chęćinski subdiacono, ob necessitatem ecclesiae parochialis Tuligłowiensis<sup>1</sup> in archidioecesi Leopoliensi. [extratis]

**N. 244**

*Ioannes Antonius Davia ad Casparum Iust*

[Varsaviae 12 X 1696]

*Dispensatio ad presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Fratri Casparo Iust concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Die 12. [Octobris] ad presbyteratum concessa reverendo fratri Gaspari Iust ordinis Sancti Francisci Conventualium, ob necessitatem ecclesiae.

**N. 245**

*Ioannes Antonius Davia ad Iosephum Lubomirski*

[Varsaviae 12 X 1696]

*Principi Iosepho Lubomirski conceditur, ut altare portabile habeat.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 18v.*

Die 12. Octobris 1696 altare portatile concessum illustrissimo et reverendissimo domino Iosepho comiti in Wisnicz et Iarosław Sacri Romani Imperii principi Lubomirski administratori perpetuo abbatiae Tinencensis Ordinis Sancti Benedicti.

---

<sup>1</sup> Tuligłowy in dioecesi Leopoliensi.

## N. 246

*Ioannes Antonius Davia ad Michaelem Lubomirski*

[Varsaviae 12 X 1696]

*Eodem die principi Michaeli Lubomirski conceditur, ut altare portabile habeat.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 18v.*

Eadem die [12 Octobris] simile concessum illustrissimo domino Michaeli comiti in Wisnicz et Iarosław Sacri Romani Imperii principi Lubomirski capitaneo Peresłaviensi.

## N. 247

*Ioannes Antonius Davia ad Simonem Franciscum Masieciński*

[Varsaviae 13 X 1696]

*Dispensatio ad omnes ordines sacros suscipiendos ob necessitatem ecclesiae Simoni F. Masieciński concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Die 13. [Octobris] ad omnes sacros ordines concessa Simoni Francisco Masiecinski, ob necessitatem ecclesiae.

## N. 248

*Ioannes Antonius Davia ad Remigium Hippolytum Szczawiński*

[Varsaviae 13 X 1696]

*Dispensatio ad omnes ordines sacros suscipiendos ob necessitatem ecclesiae Remigio H. Szczawiński concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 17r.*

Dicta die [13 Octobris] similis ad eosdem concessa Remigio Hyppolito Szczawinski, ob necessitatem ecclesiae Skutensis<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Skuty.

## N. 249

*Ioannes Antonius Davia ad Davidem Danielem Kaliski*

[Varsaviae 13 X 1696]

*Dispensatio „extra tempora” ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Ianicovicensis Davidi D. Kaliski concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 19r.*

Gratis. Die 13. [Octobris] Dispensatio extra tempora ad diaconatum et presbyteratum concessa reverendo Davidi Danieli Kaliski dioecesis Luceoriensis ob necessitatem ecclesiae praeposituralis Iankovicensis<sup>1</sup> in archidioecesi Gnesnensi existentis.

## N. 250

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

*Varsaviae 16 X 1696*

*Notum facit, quid Austriaci de controversia inter Sapiehas eorumque inimicos Lithuanos orta putent. Docet legatum imperatoris suspicari Sapiehas a Suecis et Cosacis adiuvari.*

*Reg.: ASV, Segr. Stato, Polonia 117 f. 84r-84v.*

Di Varsavia da Monsig. nunzio 16 ottobre 1696.

Deciframento a 8 novembre.

Questo Sig. Conte Cedneischi<sup>1</sup> inviato Cesareo, essendo venuto a dichiararmi il godimento, che havrà S. Maestà Cesarea in udir ridotta à termine di concordia le differenze di Monsig. vescovo<sup>2</sup>, e del Sig. palatino di Vilna<sup>3</sup>, hammi assicurato, che ora più che mai era necessario l'aggiustamento per le pessime conseguenze, che havrebbero potuto nascere da un dissidio di più longa durata. Mi suppone il Sig. Conte che il re di Svezia<sup>4</sup> da una parte et i Cosacchi dall'altra, habbiano sollecitata la casa Sapìa a prender l'armi

<sup>1</sup> Janikowice in archidioecesi Gnesnensi.

<sup>1</sup> Carolus Sedlnitzky.

<sup>2</sup> Constantinus C. Brzostowski, epus Vilmensis.

<sup>3</sup> Casimirus Sapieha, palatinus Vilmensis et hetmanus magnus Lithuanus.

<sup>4</sup> Carolus XI.

contro la religione e contro il Regno per rendersi sovrana dalla Lituania, quando non possa ottenere la Corona di Polonia; e à tal effetto offrivano Soldati, ed altre assistenze non men proprie alla presente congiuntura. Quando ciò sia, ben [84v] vede V.E. con qual destrezza debbasi ricondurre alla vera obediensa questa casa, allettata da' Scismatici, et eretici nel medesimo tempo, che viene irritata, e per seguitata dal proprio vescovo: onde sempre più oso reiterar le mie preci per vedere, mediante l'autorità di N.S., terminato un affare di tanta gelosia.

## N. 251

*Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Kostyński*

[Varsaviae] 16 X 1696

*Dat potestatem Ioanni Kostyński, vicanotarii apostolici fungenti, ut ab excommunicatione absolvat Stanislaum Nitrowski Vieliscensem, qui vicarium Danielem Sistel coram sacerdotibus pulsavit.*

*Reg.:* ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 19r.

Die 16. [Octobris] commissio directa perillustri ac admodum reverendo domino Ioanni Kostyński sanctae theologiae et i[uris] utriusque doctori protonotario apostolico, canonico Gnesnensi, archidiacono Loviciensis, praeposito Vieliciensis ad absolvendum reverendum Stanislaum Nitrowski altaristam altaris sancti Andreae Apostoli in ecclesia praepositali Vieliciensis<sup>1</sup>, ab excommunicatione canonis *si quis suadentes* ex eo incurta, quod ipse existens ebrius, in certo loco obvios habens sacerdotes eiusdem ecclesiae in contentione binis vicibus reverendum Danielem Sisler vicarium dictae ecclesiae percussit, in altero superpelliceam laceravit ac destruxit, licet hoc fuit factum occulte, quia ibi nullus fuit ex personis saecularibus, sed tantum tres sacerdotes. Nihilominus perillustris Dominatio Sua de huiusmodi excessu secrete rescuens et super clerum illius ecclesiae iurisdictionem habens, ipsum a ministerio altaris suspendit, postmodum vero reconciliatione animorum inter eosdem sacerdotes subsecuta, causamque, tamquam in occulto excessu, ad iudicium non dedit; ex quo nihilominus ob violentam manuum iniunctionem in personas spirituales, in excommunicationem papalem contentam in canone *si quis suadentes* incidit. Ad nos ideo recursum fecit et humiliter supplicavit, ut ipsum ab huiusmodi censura absolvere dignaremur.

---

<sup>1</sup> Vielisca (Wieliczka).

## N. 252

*Ioannes Antonius Davia  
ad Ioannem Malachowski episcopum Cracoviensem*

*Varsaviae 16 X 1696*

*Potestatem dat episcopo, ut consecret Michaellem Świątecki stirpe Iudaica ortum, qui Iesuitarum discipulus in Ecclesia Catholica baptizatus est.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 19r-20r.*

Commissio dispensandi super irregularitate pro eo, qui ex Iudaismo natus.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi seu ipsius perillustrissimo et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali salutem. Expositum nobis fuit pro parte Christophori Michaelis Świątecki, infidelium Abrahae Wargaty et Rachelis coniugum, incolarum Stobnicensium<sup>1</sup> filii, in dioecesi Cracoviensi oriundi, qualiter ipse, Iudaismo postposito, fidem catholicam anno aetatis suae decimo tertio amplexus et anno 1680 in ecclesia parochiali Stobnicensi dioecesis Cracoviensis iuxta ritum Ecclesiae Romanae baptisatus, dum peculiarem intentionem ac firmum propositum habuit ad statum spirituale aspirandi, aliquantulum in obsequiis saecularium personarum commorans, divertit primo Sandomiriam in collegiisque Societatis Iesu ad annum aetatis suae 29 constanter perseveravit et operam artibus liberalibus navavit adeo, ut finito cursu philosophico, etiam theologiam moralem in dicto collegio Calisiensi Societatis Iesu audivit, et super praemissis omnibus testimonia debita et in forma probanti reportavit.

Cum igitur firmum propositum habeat ad statum spirituale se conferendi et in eo Deo Omnipotenti deservendi, ad quem effe[19v]ctum iam habitum clericalem a tribus circiter annis assumpsit et in eodem incedit, licet ii, qui a multo tempore sunt ad fidem catholicam conversi non debeant censi pro neophitis, nec eosdem ad suscipiendos ordines et consequenda beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, aliqua dispensatione indigere, nam multum tempus spatium est decem annorum, dictus autem Świątecki ab annis 16 constanter in fide catholica perseverat et asseritur ipsum habere testimonia, quod in suscepta fide habilis existat et bene didicerit ritus Ecclesiae ac alia in ipso inveniantur virtutum specimina; nihilominus pro maiori securitate conscientiae et ad uberiores cautelam ad nos recursum fecit et humiliter

---

<sup>1</sup> Stobnica in dioecesi Cracoviensi.

supplicavit, quatus secum super irregularitate, si qua eapropter teneatur, dispensare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos ipsius supplicationibus ubique benigne inclinati, eundemque imprimis a quibusvis excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis absolventes et absolutum fore censentes, illustrissimae et reverendissimae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus se de praemissis diligenter informet et, si narrata ut supra, veritate niti repererit, vitaeque anteaetac ac morum probitas et alia laudabilia virtutum merita eidem suffragentur constantemque spem faciant eiusdem Christophori Michaelis in catholica fide (parentum etiam durante Iudaismo) perseverantiae, super quibus illustrissimae et reverendissimae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationis Vestrae conscientiam districte in Domino oneramus, cum eodem Christophoro Michaele Świątecki super irregularitate, quam ex praemissis contraxisset, auctoritate nostra, qua vigore legationis fungimur, apostolica benigne dispenset, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, quae contra eum exinde exurgeret, sic aboleat et abstergat, ut eadem non obstante si ad id reperiatur idoneus nullumque aliud ipsi obsit canonicum impedimentum, clericali characterе sacrisque etiam presbyteratus ordinibus insigniri, et in illis promotus etiam in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre nec non quaecumque beneficia ecclesiastica sine cura, imo, si prudentiae illustrissimae et reverendissimae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae expedire in Domino videbitur, etiam curata, dummodo plura nota sint quam quae iuxta sancti Concilii Tridentini decreta permittuntur, ut sibi canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat.

Non obstantibus, in quorum fidem datum Varsaviae in palatio nostro [20r] apostolico die decima sexta mensis Octobris anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto.

I[oaannes] A[n-tonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus  
 Caietanus De Ovis auditor generalis  
 Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

## N. 253

*Ioannes Antonius Davia ad ecclesiam parochialem in Brzeźnica sitam*

[Varsaviae] 16 X 1696

*Indulgentiae septem annorum ecclesiae parochiali in Brzeźnica sitae per occasionem festorum Ioannis Baptistae et Iosephi in tres annos concessae.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20r.*

Die eadem 16. [Octobris] indulgentiae septem annorum et totidem quadragenarum concessae ad ecclesiam parochialem in Brzeznica<sup>1</sup> archidioecesis Gneznensis pro festis Sanctorum Ioannis Baptistae et Iosephi duraturae ad triennium.

**N. 254**

*Ioannes Antonius Davia ad ecclesiam parochialem in Brzeźnica sitam*

[Varsaviae] 16 X 1696

*Indulgentiae ecclesiae hospitali in Brzeźnica sitae in quinque annos prolongantur.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20r.*

Dicta die [16 Octobris] similes ad ecclesiam hospitali in Brzeznica<sup>1</sup> archidioecesis Gnesnensis duraturae ad quinquennium.

**N. 255**

*Ioannes Antonius Davia ad Reinholdum Zywert*

[Varsaviae] 17 X 1696

*Dispensatio extra tempora ad omnes ordines sacros suscipiendos Reinholdo Zywert concessa.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20r.*

Die 17. [Octobris] dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concessa reverendo Reyholdo Zywert clerico, ob necessitatem altaris Sancti Michaelis Archangeli, foundationis Rorayscianae in ecclesia metropolitana Leopoliensi siti.

---

<sup>1</sup> Brzeźnica in dioecesi Gnesnensi.

<sup>1</sup> Cf. N. 253.

*Ioannes Antonius Davia ad Simonem Mindowicz*

Varsaviae 18 X 1696

*Dispensatio ad sacros ordines suscipiendos aucta subdiacono Simoni Mindowicz concessa.*

**Reg.:** ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20r-20v.

Dispensatio extra tempora in ampla forma.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo reverendo Simoni Mindowicz subdiacono dioecesis Posnaniensis salutem in Domino sempiternam. Exponi nobis fecisti, qualiter cupias sacris diaconatus et presbyteratus [...] quantocius insigniri, unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicavisti et eosdem extra tempora a iure statuta et institiis a sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, facultatem petitam in Domino tibi concedimus et impartimur, committentes propterea cuicumque catholico antistiti gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti in nostra legatione commoranti, in propria dioecesi residenti vel in aliena de ordinarii loci licentia pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut Dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio a praedicto antistite definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta et interstitiis praedictis minime servatis, etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum dimissorialibus ordinarii tui ad sufficientem patrimonii seu beneficii titulum, quatenus ad id idoneus alias reperiaris et dummodo alicuius ecclesiae existentis in nostra nunciatura, cuius servitio sis destinatus, necessitas te ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines exigat promoveri, vel sis competenter beneficiatus et adeo ratione beneficii per te obtenti ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines suscipiendos arctatus existas, ut si temp[or]a a iure statuta expectarentur, beneficium ipsum propter non promotionem tui vacaret, et quatenus episcopi, vel eius vicarii generalis, in cuius dioecesi existit ecclesia, ad cuius necessitatem ordinaveris vel beneficium, propter quod arctaris, testimonium super huiusmodi necessitate vel arctatione accedat, nullumque aliud canonicum tibi obsit impedimentum, ac servata forma canonum et sacri Concilii Tridentini nec non constitutione sanctissimi domini nostri Domini Innocentii Papae XII moderni anno 1694 pridie Nonas Novembris edita, libere et licite te ad eosdem sacros diaconatus et presbyteratus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas,

auctoritate, qua vigore legationis fungimur, apostolica licentiam et facultatem concedimus atque impartimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac generalibus conciliis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod, si et in quantum ad titulum necessitatis ecclesiae orderis, praesentes tibi litterae non suffragentur, nisi caveatur, quod in actuali ecclesiae pro cuius necessitate ordinaberis servitio, salutem per annum integrum mansurus sis. In quorum fidem, datum Varsaviae die 18. Octobris 1696.

[Ioannes] A[ntonius] archiepiscopus Thebarum nuntius Apostolicus  
 Caietanus De Ovis auditor generalis  
 Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

N. 257

*Ioannes Antonius Davia ad episcopum Posnaniensem*

*Varsaviae 18 X 1696*

*Potestatem dat episcopo, ut dispenset Martinum Schmedt et Annam Sumenich super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum, cum copula praecessisset.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 20v-21r.*

Commissio ad dispensandum super tertii consanguinitatis gradus impedimento ad contrahendum matrimonium, ubi copula praecessit.

Ioannes Antonius dilecto nobis in Christo illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Posnaniensi seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibus et officiali generali salutem. Expositum nobis fuit pro parte Martini Schmedt laici, qualiter licet ipse cum Anna Sumenich, muliere dioecesis Posnaniensis, in tertio consanguinitatis gradu existat, vesana tamen libidine victus praedictam Annam carnaliter cognovit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Anna, quae impraegnata iam est, diffamata et forsitan etiam innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri, cupiunt proinde instanter matrimonialiter copulari, sed stantibus impedimentis huiusmodi desiderium suum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione.

Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in praemissis de

absolutionis beneficio et opportuna dispensationis gratia providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui salutem quaerimus singulorum et scandalis quibuslibet, ne erigantur, quantum cum Domino possumus, libenter obviamus, eosdem Martinum et Annam, imprimis a quibusvis excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si [21r] quibus quomodolibet ad praesens innodati existunt, ad effectum potentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, sed certam de praemissis notitiam non habentes illustrissimae et reverendae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus se de praemissis diligenter informet, et si per informationem easdem preces veritate niti reperiat, super quo conscientiam illustrissimae et reverendissimae seu respective perillustri et reverendissimae Dominationis Vestrae oneramus, conscito sibi prius de paupertate supplicantium, propter quam nec Romam recurrere, nec expensas necessarias facere possint, et dummodo mulier rapta non fuerit, aut si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, tunc eosdem Martinum et Annam ab incestus reatu et excessibus huiusmodi, imposita eis prius propter incestum huiusmodi arbitrio suo, paenitentia debita ac recepto ab eis iuramento, quod sub spe facilius obtinendae dispensationis incestum hunc non commiserint, conscito etiam, quod sint catholicae fidei cultores, hac vice dumtaxat in forma Ecclesiae consueta in utroque foro absolvat, et quatenus contra ipsos causa super praemissis in iudicium quoquomodo inducta fuerit, pariter iudicato, ac cum eisdem Martino et Anna, quod praedicto tertii consanguinitatis gradu ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiae solemnizare et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, auctoritate apostolica, qua fungimur vigore facultatum a Sancta Congregatione Sancti Officii nobis ad nostrae legationis tempus indultarum, quarum tenor est, qui sequitur videlicet: Nota [terti]a dispensandi in [terti]o et [quart]o simplici et mixto tantum cum pauperibus in contrahendis gratis omnino dispenset. In quorum fidem, datum Varsaviae in palatio nostro apostolico die 18. mensis Octobris anno Domini 1696.

I[oa]nnes] A[n]tonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus  
 Caietanus De Ovis auditor generalis  
 Adalbertus Skwarczyński cancellarius

Locus + sigilli

## N. 258

*Ioannes Antonius Davia ad episcopum Samogitiensem*

[Varsaviae] 19 X 1696

*Potestatem dat episcopo, ut ab excommunicatione absolvat Casimirum Orwid, qui sacerdotem Casimirum Maciukiewicz ex dioecesi Samogitiensi pulsavit.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21r.*

Die 19. [Octobris] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Samogitiensi seu ipsius perillustri et admodum reverendo domino vicario in spiritualibus et officiali generali ad absolvendum generosum Casimirum Orwid ab excommunicatione canonis *si quis suadentes*, in quam incidit ob iniectionem manuum in reverendum Casimirum Maciukiewicz parochum Sziileknensem<sup>1</sup> dioecesis Samogitiae.

## N. 259

*Ioannes Antonius Davia ad Ioannem Ewertowski*

Varsaviae 21 X 1696

*Potestatem dat Ioanni Ewertowski archipresbytero (decano Culmensi in Pomerania), ut absolvat ab haeresi (qua quis e.g. ob libros prohibitos lectos notatus est).*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21r-21v.*

Facultas absolvendi ab haeresi casibusque reservatis lege libros prohibitos et benedicendi paraptomata [!] ecclesiastica. [f. 21v]

Ioannes Antonius. Dilecto nobis in Christo illustri et admodum reverendo domino Ioanni Ewertowski iuris utriusque doctori protonotario apostolico, archipresbytero, decano et praeposito Neoforensi, Samsensi paroch<sup>1</sup> dioecesis Culmenensis seu Pomesaniae salutem. Petitio tua nobis humiliter porrecta continebat, qualiter ad animarum salutem procurandam haereticos et

---

<sup>1</sup> Szillen in dioecesi Samogitiensi.

<sup>1</sup> Samsieczno in dioecesi Culmensi.

schismaticos absolvendi et recipiendi licentiam tibi concedere dignemur. Nos igitur, quibus impi[21v]mis cordi est, ut omnis haeretica pravitas e mentibus hominum tollatur ovesque aberrantes ad caulam Domini gregis sedulo adducantur, quibus summopere cupimus, ut sancta catholica et orthodoxa fides ubique floreat et augeatur, auctoritate apostolica, qua hac in parte fungimur, tenore praesentium Tibi illustri et admodum reverendo domino Ioanni praedicto, de cuius pietate, doctrina, morum integritate et catholicae religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut omnes et singulos utriusque sexus, qui nunquam in adulta aetate fidem catholicam fuerunt professi nec fuerint, ex locis, in quibus Sanctum Officium exercetur, haereticos, schismaticos ad te sponte venientes, a suprascriptis excessibus, ut ab excommunicatione aliisque ecclesiasticis censuris, quas propter haereses et schisma quomodolibet incurrerint, absolvi humiliter petentes, dummodo corde sincero et fide non ficta, heresim et schisma in sacramentali confessione verbo detestati fuerint, anathematizaverint, abiuraverint atque praeposito per ipsos iuramento, quod talia deinceps non committent nec committentibus aut ipsis adhaerentibus auxilium, favorem vel consilium praestabunt, iniuncta eis et eorum cuilibet pro modo culpa poenitentia salutari et aliis iniungendis, in foro conscientiae tantum (citra tamen ullam habilitationem vel dispensationem) a suprascriptis excessibus, et censuris absolvere et in gremium Sanctae Matris Ecclesiae libere et licite recipere et reconciliari possis et valeas, dummodo ad confessiones audiendas ab ordinario loci fueris approbatus, nec non absolvendi a casibus Sedi Apostolicae reservatis licentiam et facultatem concedimus; itidemque facultatem legendi libros prohibitos haereticorum ad effectum eos impugnandi, et alios quomodolibet prohibitos praeter opera Caroli Molinaei<sup>2</sup>, Nicolai Machiavelli<sup>3</sup> ac libros de astrologia iudiciaria principaliter vel incidenter, vel alias quovis modo de ea tractantes, ita tamen, ut libri praedicti ex huius regni provinciis non efferantur; nec non benedicendi paramenta ecclesiastica aliaque utensilia ad sacrificium missae necessaria, in quibus non intervenerit sacra unctio, pro usu et necessitate ecclesiarum tuarum, etiam decanatu tuo subiectarum concedimus et impartimur, praesentibus quoad omnes supradictas facultates ad tempus nunciaturae nostrae tantum valituris. In quorum fidem datum Varsaviae ex palatio nostro apostolico die 21. Octobris 1696.

[Ioannes] A[nthonius] archiepiscopus Thebarum nuntius apostolicus  
 Caietanus De Ovis auditor generalis  
 Adalbertus Skwarczyński cancellarius  
 (Locus + sigilli)

---

<sup>2</sup> Charles Du Moulin (Carolus Molinaeus) (1500–1566).

<sup>3</sup> Niccolò Machiavelli (1469–1527).

## N. 260

*Ioannes Antonius Davia ad Hieronymum et Theresiam Żaluski*

[Varsaviae] 21 X 1696

*Hieronymo et Theresiae Żaluski coniugibus conceditur, ut altare portabile habeant.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 21v.*

Die 21. Octobris oratorium privatum concessum illustrissimis et magnificis dominis Hieronymo Żaluski castellano Ravensi capitaneo Brestensi Cuiaviae et Theresiae coniugibus, valiturum durante vita suprapositi illustrissimi domini castellani.

## N. 261

*Ioannes Antonius Davia ad episcopum Plocensem*

[Varsaviae] 21 X 1696

*Potestatem dat episcopo, ut dispenset cum clerico Francisco S. Masieciński (qui hominem in horto poma carpentem pulsaverat, ille autem in terram cecidit et mortuus est).*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22r.*

Eadem die [21 Octobris] commissio directa illustrissimo reverendissimo domino episcopo Plocensi seu ipsius perillustri et admodum reverendo domino vicario in spiritualibus et officiali generali ad dispensandum cum Francisco Simone Masiecinski clerico dioecesis Cracoviensis, super irregularitate, si quam incurrit ob percursionem semel fuisse factam hominis in horto villae Strachowka dioecesis Plocensis, poma decerpentis, qui postea cadens ex saepimento, quod transcendere volebat, intentus est mortuus.

## N. 262

*Ioannes Antonius Davia  
ad Ioannem Malachowski episcopum Cracoviensem*

[Varsaviae] 21 X 1696

*Potestatem dat episcopo, ut dispenset Ioannem Urbanek et Agnetem Ziajmiakówna super tertii et quarti consanguinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum, quia ille eam „carnaliter cognovit” gravidamque fecit.*

*Reg.: ASV, Arch. Nunz. Varsavia 179 f. 22r.*

Dicta die [21 Octobris] commissio directa illustrissimo et reverendissimo domino episcopo Cracoviensi, seu ipsius perillustri et reverendissimo domino suffraganeo vicario in spiritualibusque et officiali generali ad dispensandum cum Ioanne Urbanek laico et Agnete Ziaimiakowna muliere dioecesis Cracoviensis, super impedimento ad contrahendum matrimonium tertii et quarti respective gradus consanguinitatis, concessa fuit ex causa, quod dictus Ioannes praedictam Agnetem carnaliter cognovit, unde forte gravida remansit.

## N. 263

*Ioannes Antonius Davia ad card. Fabricium Spada*

Varsaviae 23 X 1696

